



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 4. Joannes Castiliæ Rex Clementem agnoscit Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XIV. nam accitus, Joannes Biturigum, & Phi-
A. C. 1380. lippus Burgundiæ Duces. Andegaven-
Labbæ Mesi. sis ut natu maximus agebat tutorem
cur. p. 694. Regis nepotis sui, quem die Dominica
 4 Novembris eodem anno Remis inun-
 gendum curavit: ac pro potestate sua ex-
 struebat pecuniæ cumulos ad occupan-
 dam Neapolim usui futuros.

§. IV.

*Joannes Castiliæ Rex Clementem
 agnoscit Papam.*

Interim Legati, quos Rex Castellæ Joan-
 nes Romam, & Avenionem miserat,
 munus obierant suum. Cardinalis Pe-
 trus Lunius versabatur in Hispania ut Le-
 gatus Clementis jam inde ab hujus ele-
 ctione. Papa Urbanus hoc anno Calen-
 dis Maji Franciscum Faventinum Episco-
 pum eo misit cum potestate docendi fa-
Vitæ PP. cta ad demonstrandam legitimam sui ele-
p. 1285. ctionem pertinentia. Rex hos ut Lega-
Id. p. 490. tos audiret, magnum conventum celebra-
495. 1267. bat in quodam Salamanticensis dioceſeoſ
Rayn. 1380. loco, cui nomen Metina Campeſtris: ubi
n. 19. cauſa Urbani, & Clementis commode
 diſcutebatur.

Die Veneris 23 Nov. 1380 Cardina-
 lis Petrus Lunius lingua patria, nempe
 Hispanica longam orationem dicens con-
 tende-

tendebat electionem Urbani esse nullam, **Sæcul. XIV.**
 quippe quæ per violentiam fuisset facta: & **A. C. 1380.**
 obsecrabat Regem, ut a justa Clementis
 causa staret. Sequentे Dominica Faven-
 tinus Episcopus pro Urbano Sermonem **Martin.**
 instituit, quem habemus, & ubi inter **Thesaur. to.**
 alia inquit: Cardinales perhibent Archi-**2. p. 1085.**
 episcopum Barianum a se cooptatum esse **Sup. l. 79.**
 metu mortis: cur electionis promulga-**s. 49. 50.**
 tionem differebant? Timebantne, ne se
 cito nimium liberarent periculo? Ac de-
 inde: Quatuor Cardinales Roma egressi,
 ac sex alii, qui se incluserant castello S.
 Angeli, sua sponte redierunt: quia cogi
 non poterant: ergo Urbani collocatio in
 folio, inauguratio, & omnia, quæ seque-
 bantur, libere siebant. Et rursum: Ro-
 mani reverentiam præstabant Cardinali-
 bus: ac ne minimum quidem ex eorum
 domesticis, nedum ipsos lædebant. Fi-
 niit orando Regem, ut mox partes Urba-
 ni susciperet.

Die lunæ sexto Calendas Decembres
 comparuit Rodericus Bernardus, quem
 Rex Roman, & Avenionem miserat cum
 Ferdinando Tituacino conscientiæ suæ
 Arbitro ex Ordine Minorum. Roderi-
 cus exhibuit Papæ Urbani litteras Romæ
 acceptas, quæ continebant Casum, seu
Factum Urbani, scilicet relationem facto-
 rum ad probandam canonicam ejus ele-
 ctionem spectantium. Hoc in confessu
 Z 3 aderant

p. 1088.

p. 1099.

Sæcul. XIV aderant Rex Joannes, duo Petri Archi-
A. C. 1380. episcopi Toletanus, & Hispalensis, Joan-

nnes Seguntiæ, Alphonſus Abulæ, Ioannes Giennæ, ac Ferdinandus Legionis Episcopi quatuor. Habemus id Papæ

Rayn. 1378. Urbani *Factum* satis consentaneum nar-
ationi, qua ejus electionem exposui: &
n. 73. ibi primum inveni usurpatam hoc in sen-
tu vocem *Factum*.

Duboultai Postridie Petrus Lunius attulit com-
p. 468. plicata chartæ folia complectentia Casum,

feu *Factum Cardinalium Clementinorum* conformatum ad modum memoriae pu-
blicæ, ac 2 Augusti scriptum. Quarto Decembris Rodericus Bernardus Regi
nunciavit ea, quæ Rômæ, & Avenione cum Fratre Ferdinando egerat: tum ei
scriptas tradidit assertiones, & nomina
testium, quos juratos utroque in loco ipse
ac reliqui Legati Regis audierant, & quo-
rum in numero multi Cardinales, ac Epi-
scopi erant. Sexto Decembris Rex Jo-
annes, postquam sacerdotio interfuerat, jube-
bat legi verba, in quæ jurare voluit fau-

Vitæ pag. tores partium, & Cognitores causæ a se
1287. constitutos. Decimo ejusdem mensis no-
minavit Viros, qui exciperent testimonia
propositionum utriusque partis. Quæ
res illos occupavit a 28 Decembris us-
que ad Calendas Majas anni 1381.

Examinatis partium documentis om-
nibus Rex tota cum aula, & comitatu suo
Sala-

p. 1292.

Salamanticam profectus cunctos Præsu- Sæcul. XIV.
les, Nobilesque, ac reliquos hanc ob rem A. C. 1381.
convocatos die Dominica 19 Maji cathe-
drale in templum mane congregavit; per-
actoque sacrificio coram Cardinali Lega- Rayn. n. 30.
to, & magna hominum multitudine legi
voluit suam declarationem, qua rejiciebat
Bartholomæum Prignanum ut intrusum
sacram in sedem; & Papam agnoscebat
Clementem tanquam legitime electum,
ac verum Christi Vicarium.

Addebat vero istas conditiones: Cle- Id. n. 33.
mens regni Episcopatus, aliaque beneficia
solis conferet indigenis. Per litteras spon-
debit se nunquam sibi reservaturum redi-
tus beneficiorum, vel bona Præfulum mo-
rientium. Episcopatum, aliorumque be-
neficiorum collationes per Urbanum fa-
ctas non infirmabit. Promissa beneficio-
rum, quæ prima vacaverint, censurasque
a sui electione usque ad Regis declaratio-
nenm irrogatas retexet. Beneficia dein-
ceps non arbitrio reservabit suo: neque
decimas, aliave subsidia pecuniaria exi-
get.

§. V.

Carolus de Pace versatur in Italia.

Interea Carolus de Pace in Italiam, &

Romam venit: ubi suaviter excepto
Urbanus solenni ritu contulit Siciliam cis Rayn. n. 21.

Z 4. fretum